



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 13322648

§. 74. Joannis Francisci Barbadici Cardinalis mors.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

Sæc. XVIII. etiam Imperii Principes pro ejusmodi
 A. C. 1730. hominibus tam facile intercedere vel-
 lent.

§. LXXIV.

Joannis Francisci Barbadii Cardinalis mors.

Hoc item anno Sacrum Collegium octo Purpuratorum mortem luxerat, quos inter primus erat Joannes Franciscus Barbadicus patria Venetus. Primam lucem aspexerat anno Christi millesimo sexcentesimo quinquagesimo octavo die vigesima nona Aprilis: Parentes habuit Ducali nobilitate claros Marcum Antonium & Claram de Duedo. Ab his Joannes parem egregis natalibus sortitus est educationem, in pietate enutritus, omnibus status sui disciplinis apprime excultus. Majorum exemplo animatus, propriisque generosi animi stimulis accensus, præclaras ingenii dotes in patriæ suæ obsequium, ac Reipublicæ utilitatem impendere constituit, cumque inferventi ardor cum ætate adolesceret, ad arduum *Magni Sapientis*, ut vocant, manus, exactisque paucis annis ad Oretoris Gallici dignitatem bis admovebatur: In medio autem fortunæ cursu profanas curas fastidire cæpit, ac sanctioris vitæ desiderio Clericalem humilemque

Sæc. XVIII.
A. C. 1730.

lemque vitam amplexus est: Verum honores, quo studiosius eos fugiebat, eo pressius fugientem insequerentur, ac primo quidem Ducalis Ecclesiæ ad S. Marcum Primicerius, demum ab Innocentio XII. Veronensis Episcopus post Leonis mortem renuntiabatur, in quo Pastoralis munere sedulus gregem sibi commissum Evangelico pavit eloquio, Clericis exemplo præfuit, ægrotis atque morituris salutari solatio profuit, ac heroico vitæ contemptu contagione infectis ipse in Nosocomiis Sacramenta salutis administravit: Tot meritorum fama excitatus Clemens XI. Barbadicum Urbini Pro-Legatum ac Rotæ Romanæ Auditorem nominavit. His præclare functus Barbadicus sibi Cardinalis Augustini Fabronii amicitiam atque existimationem conciliabat, ejusque hortatu impulsus, dimissa Veronensi Ecclesia ad Brixianam transiit, ubi tradendis fidei Christianæ rudimentis, & prædicando Dei Verbo tanta vigilantia ac indefessis laboribus incubuit, ut dum fractis pene viribus ipse ceteris omnibus satisfacisset, sibi vero soli nunquam satisfaceret, adeo ut assidue & strenue operi instantem sæpius dies deficeret. His meritis clarus a Venetorum Republica ad Cardinalatus honorem tanquam ad laborum & vigiliarum

Sæc. XVIII.

A. C. 1730.

liarum mercedem summis precibus ex-
 petebatur; obtulit tamen Venetorum
 votis Pontifex, qui nullum patria Ve-
 netum Purpura decorari voluit, nisi
 prius Respublica Ottobono Cardinali
 erepta bona reddidisset, quibus anno
 hujus sæculi vigesimo restituti Barbe-
 dicus die trigesima Septembris Purpu-
 ratorum Collegio aggregatus est, quam
 tamen dignitatem ipse non nisi obedien-
 tiæ imperio compulsus acceptavit.
 Postea pluribus adscriptus Patrum ce-
 tibus, totum se Ecclesiæ obsequio dica-
 vit, utque eximia ejus virtus largus
 ceteris exemplo esset, ab Innocentio
 XIII. ad vastissimum Patavii Episcopo-
 tum translatus est, non alio ipsius e-
 molumento, nisi quod ibidem ample-
 rem meritorum messem congregare
 posset; augendi enim Divini cultus, et
 restaurandæ disciplinæ studio excitatis
 seminaria ampliavit, Clericos legibus
 moribusque sanctissimis imbuit, Eccle-
 sias sibi commissas sedulo lustravit, et
 superatis montibus, locisque imperio-
 rudiorem plebem Christianis præceptis
 instruxit. Insuper Virginum præcepta
 Asceteria ædificavit, dotavitque,
 largas eleemosynas in pauperes distri-
 buit. Id quoque in eo summopere com-
 mendandum erat, quod ad animarum
 curam Sacrosque Ordines non nisi pietate

& scientia præstantes selegerit. Verbo, Sæc. XVII
omnes egregii Pastoris partes ad a- A. C. 173
miffim explevit. Erat in Viros lite-
ratos oppido munificus, quos ad do-
ctas lucubrationes opibus, propria in-
dustria, auctoritate, aliisque subsidiis
egregie adjuvit. Eo fine Brixix Aca-
demiæ Ecclesiasticam fundavit, in qua
statis diebus Viri eruditi convenere ut
derebus Theologicis & Historiæ Ecclesia-
sticæ controversiis inter se conferrent:
inde ortum traxit erudita lucubratio,
cui titulus: *Antiquitas & Fidei Catho-
licæ puritas in Brixienfi Academia Epi-
scopalis Collegii recitata*: Ejusdem quo-
que Præfulis sedulitati debemus no-
vam editionem sermonum S. Gaudentii
Brixienfis Episcopi; quamvis enim hi
in variis Bibliothecæ Patrum editioni-
bus fuerint reperti, in iis tamen om-
nibus (uti commune fatum est magna-
rum ejusmodi collectionum) hi passim
mendis non vulgaribus scatebant, quo
animadverso Barbadius medicam ma-
num allaturus, Paulo Galeardo Bri-
xiensi Canonico, ut hanc editionem
adornaret, negotium dedit, ac varian-
tibus Codicum Manuscriptorum lectio-
nibus necnon pecuniis ad typorum ex-
pensas liberaliter suppeditatis elegan-
tissimum hoc opus feliciter ad lucem
publicam promovit. Jam antea scripta
S. Ze-

Sæc. XVIII. S. Zenonis Veronensis Episcopi solen-
 A. C. 1730. tissime conquesta collegit, eaque suis
 sumptibus publici juris fecit. Historiam quoque Veronensis Ecclesie erudi-
 titis Viris demandatam edidit, ac de-
 mum elogia Antecessorum suorum ac-
 que ab iis præclare gesta in unum vo-
 lumen coegit, eaque ut semper in om-
 nium animis & oculis versarentur, pau-
 nitore & magnificentia exsculpta in vul-
 gus emisit: Prodiit etiam biennio post
 ipsius obitum Patavinis literis excelsus
 liber, sub titulo: *Virorum ex Barbatica*
gente illustrium numismata; ea enim Bar-
 badicus summa diligentia collegit.
 Nec minor erat ejus munificencia in
 exornandis Templis; præprimis enim
 Ecclesiam SS. Petri & Marcellini, cu-
 jus titulum gerebat, ferme e ruinis
 extulit, & Brixie illam SS. Annæ &
 Julittæ magnis sumptibus restauravit.
 Porro inter rara Barbaticæ pietatis
 monumenta recenseri merentur ædificia
 amplissimæ, quas difficillimis etiam
 temporibus, atque exhausto pene ejus
 ærario quam celeberrime extrui con-
 vit, ut ibidem eo præeunte Brixie
 Nobiles sacris commentationibus re-
 rumque Divinarum contemplationibus
 stato tempore quotannis vacarent, hæc
 omnibus præclare gestis Barbaticæ
 vitæ suæ meritis clarissimæ finem glo-
 riosissimè

riofissimum imposuit, Patavii die 27. ^{Sæc. XVIII.}
 Januarii, sepultus in sua Cathedrali ^{A. C. 1730.}
 prope tumulum sui Patruī Gregorii
 Cardinalis Barbadici, quem inter Bea-
 tos referri, plurimum adlaborabat, quin
 id assequi posset; primum enim Anno
 1760. Venerabilis hic Dei Famulus
 a Clemente XIII. Beatorum Albo in-
 scriptus fuit.

§. LXXV.

*Marci Antonii Ansidei Cardinalis
 obitus.*

Sequentis Mensis Februarii die deci-
 ma quarta eandem æternitatis viam
 ingressus est Marcus Antonius Ansi-
 deus, qui ex Patritia stirpe Perusii or-
 tus, ingenii aciem, qua primævo na-
 turæ beneficio præditus erat, paren-
 tum cura, Magistrorum præstantia &
 potissimum propria industria mirifice
 excoluit. Decimum quartum ætatis
 annum agebat, cum Romam missus in
 Collegio Clementino diversorum idio-
 matum cognitionem, Philosophiæ præ-
 cepta, & Theologiæ arcana sub eru-
 ditissimis Institutoribus ex Congrega-
 tione Patrum de Somascha non tam
 percepisse, quam exhaustisse videbatur.
 Jurisprudentiæ tam egregiam navabat
 operam, ut laurea decoratus e Patria
 Ro-